



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 235. Quid sit privilegium Canonis & Fori, quod habere dicuntur Clerici.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

cerdotum, legat Branden in Collect. ad Concord. post q. 12. Not. 10. & Tractatum Tritiemi de Sa-  
cerdotum vita.

*Q. 235. Quid fit privilegium Canonis & Fo-* 1380  
*ri, quod habere dicuntur Clerici. R. Privilegium*  
*Canonis est gratia & favor statui Clericali concessus,*  
*Canone si quis suadente, 26. causâ 17. q. 4., quo*  
*eximitur ipse & res ei adhærentes ab omni actione*  
*injuriosa exteriore, de quo dicetur l. 7., quando de*  
*percussione Clerici. Privilegium fori est favor, quo*  
*Clericus eximitur à jurisdictione & potestate sacer-  
tulari, quoad se & sua, de quo aliqua jam dicemus,*  
*& iterum postea à n. 1410., possuntque etiam vide-  
ri dicta l. 1. n. 679.; sed præcipue videndus Delbe-  
ne de Immun. Eccles. c. 6. & 7., item Dicast. de  
cens d. 3. dub. 57.*

*Q. 236. Quid de immunitate Ecclesiastica sit 1381*  
*notandum. R. Seqq.*

§. I. Certum est Clericos jure divino esse ex-  
emptos à jurisdictione laica, uti docent Clemens  
Rom. Ep. 1., Dionysius Areop. Ep. 8. ad Demoph.,  
Synodus Rom. 4. sub Symmacho Can. 3., Bonif.  
VIII Cap. quanquam, de censibus in 6., Ioannes  
VIII. Can. Si Imperator dist. 96., Inn. IV. Com-  
ment. in decret. de majorit. & obed., Conc. Lateran.  
sub Leone X. Ses. 9., Trid. Ses. 25. c. 20. de Ref.,  
sumiturque ex Matth. 17. & 24., ubi Christus dicit  
filios regni, quo nomine seipsum & Apostolos ac  
successores Clericos tanquam familiares suos intelli-  
git, à subjectione Laicorum liberos esse, prout ex-  
pli cat S. Hieronym. hoc loco, neque ullus verè Ca-  
tholicus diffitetur. Vide dicenda n. 1410. & Delbene  
c. I. d. 2. f. 1. & 6.

§. II. Clerici gaudent immunitate Ecclesiasticâ, 1382  
uti habet Trid. suprà, & magis constabit ex dicen-  
dis